

[13]. *De eodem.*

Inponimus quod nauis de DCC milliariis habeat marinarios LXX ut suprascriptum est armatos; ancoras XVI, indigarios XVI conuenientes, canapos XV nouos et alios XVII canapos conuenientes; in uelis sic ornetur ut dictum est de naue de CCCC milliariis. Et illa nauis de DCCL milliariis habeat marinarios LXXV ut suprascriptum est armatos. In uelis, ancoris et alio corredo nauis sic ornetur ut supra legitur in isto capitulo.

St. Zen, VIII (6).

[14]. *De eodem.*

Statuentes statuimus quod nauis de DCCC milliariis habeat marinarios LXXX ut suprascriptum est armatos, anco || ras XVII, indigarios XVII conuenientes, *canapos XVII nouos et alios canapos XVII conuenientes (a)*; in uelis sic ornetur ut dictum est de naue de CCCC milliariis. Et illa nauis de DCCCL milliariis habeat marinarios LXXXV ut suprascriptum est armatos; in ancoris, sarcio et alio corredo nauis sic ornetur ut supra dicitur in isto capitulo.

St. Zen, VIII (7).

(a) Aggiunto nel margine superiore.

[15]. *De eodem.*

Ordinamus quod nauis de DCCCC milliariis habeat marinarios LXXXX, ut suprascriptum est armatos, ancoras XVIII, indigarios XVIII conuenientes, canapos nouos XVIII, et alios canapos XVIII conuenientes; in uelis sic ornetur ut dictum est de naue de CCCC milliariis. Et illa nauis de DCCCCL [*sic*] habeat marinarios LXXXXV sic armatos ut dictum est; in ancoris, sartio et alio corredo nauis sic ornatutur ut dicitur superius in eodem capitulo.

St. Zen, VIII (8).